
Historia Polon.

Sigismundus I. Sacranus St.


Descriptio duorum certaminum, quae Sigismundi regis Pol. milites cum Petro Ion Palatino Moldaviae et cum eius exercitibus ... habuerunt.

s. l. et a. (1531)





DESCRIPTIO DVorum certaminum, quæ Sereniſſimi & Illuſtriſſimi, SIGISMVNDI Regis Poloniæ milites, cum Petro Ion Palatino Moldauiæ, & cum eius exercitibus Deo Opt. max. adiutore, habuerunt.





Matt Fraconij
Hæc eſt fauſta dies albo ſignanda lapillo
Qua cœpit cladem turba inimica ſuam.
Dicite io pæan Chriſto qui cuncta gubernat
Quo palmam obtinuit pauca Polona duce

Stanislaus Sachariæ Itajicius, Illustris. domini Christofori a Schidloviecz, Castell. & Capit. Cracouieñ ac Regni Poloniæ summi Cancellarij &c. a Secretis. Candidis Lectoribus.

Non opus esse censeo candidi lectores pluribus uerbis explicare quo ausu, qua temeritate, qua item per fidia Palatinus Moldauicus Petrus ex strennui illius Stefani Palatini lumbis procedens Serenissimum Regis Polonorum Regem SIGISMVNDVM eius nominis Primum tam pium et nil magis quam bella horentem principem lacessere, prouinciam Pokuczie uocatam ab antiquo ad regnum pertinentem anno superiore 1.5.3.0 astu et perfida manu occupare fuerit ausus, quibus item rationibus Christianus Rex permotus et ingenui hostis temeritate coactus bellũ cõtra eum mouerit, quam pia mente omnem mouerit lapidem, diuturnalenitate si fortassis resipisceret, pia admonitione. si qua temeritas eius frangeretur, ut rem conditionibus potius quam armis (ut pium et sapientem principem decet. Beatiorem enim modo ui deremus rempublicam christianam. Si reliqui eo exemplo usi fuissent et nuc uterẽtur) christianiq; sanguinis effusione perficeret, qua denique celeritate et strategemate expedito milite, hosti occupata prouincia commissis, cum eo aliquot certaminibus fuerit adempta, habent enim illa suos annotares et scriptores, quorum faeliciore ingenio, stilo rotundiore, cognitione rei ampliore posteritati commendari poterunt neque eam aciem ingenij mei esse puto, ut praestare de tanto negotio sufficienti explanationi possit. Nos tantum ducti cum ingenti leticia tum amore in patriam, atque sincera et abundanti eorum qui eque strennui actores rei erant, ac sunt diserti enarratores relatione illecti modum duplicis pugnae describere altissimo facultatem scribendi tribuente contendemus ut reliquis etiam qui utranque aurem huic rei adijcient, innotescat quantis uiribus et constancia ab utroque sit decertatum quo item praesidio iustus ille Iudex et omnium moderator qui largiri uictorias non uiribus et numero sed aequitate et in eum fiducia pugnantibus solet, pij regis pie causè ad stiterit, ut uel hoc exemplo (quamquam eorum aduc multa adduci possint dum haec natio exigua manu multitudine ual ntes aduersarios profligare sit solita) in commune non tantum nostris uiribus, et apparatibus quantumuis copiosissimis, sed uitae sanctimonia religione in deum et eius potentia niti studeamus, quamobrem illis omnibus quibus èxordiũ huius tragaediae esset oculis uestris subijciẽdũ omnisis ad enarrãdam rei actae seriẽ in dei nomine animum simul cum calamo conuertemus.

Post illa duodecim certamina quae milites Regij numero mille cum Valachis, qui prouinciam Regni Pokucie dictam tenebant, iij iiij & quinta augusti habuerunt. quibus non solum mille & ducentis sub Duce Thoma Bernouusky superatis, multis occisis, ad quadraginta captis uictores euaserunt, sed etiam prouincia illa e iecerunt, Palatinus ille Moldauicus, molesto animo suorũ iacturã ferens. prouinciam manibus ereptam dolens, famam denigratam ab surdũ putans, ni rursus maiore conatu dealbaret, cupiẽsq; u ulnus inflictum ulcisci, uires aliqua ex parte cum superioribus bellis, tum hac nrõrũ uictoria attritas, resumens. exercitum certe numerosum ad uiginti milia hominũ, cũ ille tantundem adhuc preualeat, collegit, & finibus suis ut uel prius arcẽ Gosdziecz prouincie illius citeriorẽ demũ totam illam ꝓuinciam e faucibus ereptã recuperaret, uel uindictam de nostris persequeretur egredi ꝓposuit pro inde manũ militũ haud contemnẽdam sex milia optimorum continẽtem, cuius duces erant Wlad prefectus Choczinen. & Thomas Bernouskij, praem f t, eo consilio, ut aut arcem dictam in potestatem reciperẽt, aut si facultas esset, nostrũ exercitum, nam didicerat eum saltem ex quinq; militũ milibus constare, delerent, q̃ uenientes sub arcem, ipsam fortiter oppugnarunt Sed a nostris repulsam passi, multos suorũ cum cede tũ detẽtione amiserunt. Ea re intellecta Dux Regiorum Militum Illus. Dominus Ioãnes Comes in Tharnou terrarũ Russiae Palatinus, exercituum Regni Polonie Dux Sandomirien ac Chmielnicen Capitaneus, cum iam milites, quos hincinde

in locis munitioribus prouinciæ illius diſlocauerat, mãda
tis collegiſſet, cũ reliquo exercitu ex Rohatin moniſſet p
uillam Bolſouu iter faciens. Die Veneris decima octaua
Auguſti ſub ueſperã uadũ fluuij Dineſtris uillã kropiecz
ſuperaſſet, cum omni exercitu, qui ſex militum, ut pote
q̃tuor equitũ & duobus peditũ millibus cõtinebatur &
caſtris quæ redis curibusq; conſtabant accelerandũ pu/
tans, quo arci obſeſſe ac militibus in ea ſtrenue ſe tutanti
bus opitularetur, ſumma celeritate nocte illa ſuperata Die
ſabati decima nona auguſti arcem cum hoſte obſidente
aſſequutus, ſpeculatores qui hoſtiũ exercitũ conſpicerent
expediuit, ij reuerſi retulerũt hoſtium decem milia eſſe
alios huius artis periciores. ut pote Martinũ Trzebienſkij
cũ reliquis ire iuſſit, paulo iſti minus, ita tamẽ ut erat, eſſe
illoꝝ ſex millia attulerunt. Hic optimus Dux perſpiciens
hoſtem non eſſe tãti, ut ſibi cum eo pugnandi copia adẽ/
pta eſſe uideatur, S renuos milites centuriarũ præfectos
Matheũ Wlodkonem, Ioannẽ Suuyacziczkij cũ aliquot
centum equitibus premiſit, mandatum dedit. ne manus
cũ hoſte citra eius uoluntatem & ulteriorem informatio/
nem, conſererent, ſed tantũ eũ ab obſidione arcis retrahẽ
do, tantiſper ut ſuſtinerẽt, donec ipſe cũ caſtris & exercitu
nemus & paludem, quæ nõ magna ſupererat aduc tranſ/
eunda ſuperaret, atq; ſubſequi celerius. ferreq; auxilia ſuis
ſine mora poſſit, hoc adiũcto nelongius interuallo unius
medij miliaris, præirent. Vt autem loca quæ remorãdi oc/
caſionem dare uidebantur ſuperauit, animo ad pugnam
adiecto, precurſoribus pugnãdi licẽciam dedit ut ſtrenue
hoſtem laceſſerent iuſſit, ij impigre mandata ducis exe/

quentes

quentes hoſtem agreſſi, ita moleſtarunt, ut ui eius coacti
fuerint, ad Ducem ꝓ ſuppetijs mittere, q dũ a ꝓpinquaſ/
ſet Nicolao a Seniaui militi ſtatura manu & aĩo forti præ
fecto excubiaꝝ aliquot centurijs adiunctis ſuos iuuit, ipſe
cũ caſtris ſubſequutus, tũ demũ noſtri reſtaurata pugna
acrius inimicos agreſſi ter in fugam uertebant, illi cernẽ/
tes noſtroꝝ eſſe exiguam manum, nam Dux cũ Caſtris
nõdum ſuos aſſequebatur, ter quoq; aderipiendã noſtris
Victoriam reuertebantur, cũ uero ſentirent cedentes eoꝝ
ferocia minus opprimi, qn imo contra ſtimulũ ire acrius
& iam conſpicerent ducem aduc in caſtris habere, quam/
uis non multo plus, quo ſuos ſi neceſſitas postularet
ſubleuare poſſet, timore fortaſſis celitus demiſſo & no/
ſtrorũ etiam uirtute repreſſi, pedibus rem ſuam agere cæ/
perunt, tum noſtri in ſequentes multos trucidarũt, Sed
paucos captiuarũt ſacius eſſe arbitrãtes, oblata diuinitus
iugulandi occaſione uti quã captiuationi intendere, & ea
mora reliquis liberã facultatẽ euadendi preſtare Itaq; eos
cedendo uſq; ad limites, qui ab eius puguæ loco tantũ
uno atq; altero miliari diſtabãt ſunt inſequuti. Edixerat
nanq; Dux ne quis ſub capitispena & amiſſione honoris
hoſtes porroconſectari auderet, Dum Ita incomiſſis ha/
beret a Rege ſuo principe pijſſimo, Satisdiuinæ clemẽ
ciæ ſibi adeſſe reputanti. ſaltim propulſare, & nõ hoſti, in/
ferre iniuriam quãdo id poſſit ab eo iniuſte laceſſitus mul
tis occaſionibus oblatis maxime autem poſt congreſſus
illos dum terra illius eſſet præparato milite uacua. Hoc
certamine cecidere hoſtium plus minus duo milia, capti
multi. ij mox ſub gladium miſſi, non admodum enim

tutum uidebatur hostem in castris confinibus praesertim tam propinquis tanquam anguem in sinu gestare: Deinde Dux posteaquã haec pugna ita feliciter gesta optatum finem accepisset, et nostri ab insequutiõe fuissent reuersi milite in castra coacto Dño Deo unanimi omnium uoto grãs egit, respirandi & post eum laborem corpus reficiendi potestatem dedit, sibi persuadẽs post nõ parũ temporis se nil cũ hoste acturũ. Sequenti die dominico ante festũ S. Bartholomei eodẽ loco manens castri Gosdziecz munitioni intendebat, quo comeatu tormentis & propugnatoribus prouiso Die Lune castra, ex eo loco mouens ad duo milliaria dictũ fluuiũ uersus retrocessit, atq; apud uillam Obiertina castra metatus est, & inde nuncium expedire proposuit qui Regi cum inclito senatu modũ actae pugnae ac letam uictoriã diuina clementia quae non numero sed iusticia bellantibus adesse consueuit concessam deferret. Atqui inimici profligati fugientes, tanquam mali, nuncij a suis inique excepti, nunciarũt principi suo: fortune ictum, multi uero opera sine sed magis nostrorum fortitudinis testimonia suis corporibus excepta obtulerũt Ille in furorẽ uersus (ut capti in sequẽti prelio phibent) Duces contriti exercitus in uincula coniecit, Alterũ nempe Capitaneum Chocinen. ita uinctũ domum remisit, alterum poena capitis affecisset nisi suorũ Consiliariorũ presertim Mihuli tocius exercitus Ducis suffragia intercessissent, asserens eos non bene mãdata sua fuisse exequutos, milites suos hostiũ manibus trucidandos prodidisse ignominiã magnã sibi & subditis suis parauisse, timidos & ignauos Duces appellitans. nam si se Duces strennuos praestitissent potuisse nostros ea Calamitate, quam ipsi subijssent afficere, quando quidem certo cerciusilli sit significatum & in confesso haberet non tantum numerum hostiũ. quantũ suorum militum sed solummodo quatuor millia hominũ & quidem ignauorum & imbecilliũ exitisse, ij uerum fasii sunt. paucos equidem fuisse, at armis equis & reliqua millitari suppellectili bene munitos, animis & uirtute bellica proeditos, ita deniq; omnibus his quibus hostes sunt superandi prouisos, ut Polonorũ exiguum numerum melius ad bellum praeparatum uiderint nunquã. Ille partim ignominia illata, partim rei ueritate, quae acerrime hominem commouere solet, commotior & iratior factus, non bene perpendens, quam utile & necessarium sit bonum Imperatorem magis, sed prudenter de hostis apparatu quam esse solet persuadere, ne nimia confidentia sui & suorum, animosior negligentiorq; factus facilius opprimatur, ne e regione plus aequo perpendens potius timidior quam cautior efficiatur. Ausus est dicere, uidebo inquit ego, tam bene ut uos dicitis instructum exercitum, & hos tam strennuos miltes una cum eorũ Imperatore, Soczauiã funiculis & flagellis abigã. Duces periculo ipso cautiores, utinã Dñe illos felicius quã nos uideas. Itaq; cum exercitu ex omnibus suis prouincijs & flore subditorum collecto, in uiginti millia militum excepto communi populo, quem illi Czern uocant domi residente, congesto terram Pokucziae recuperatã ingressus. decem milia praemisit, quibus strictissime mandauit, ut recta, castra uersus nostrorũ ubi ubi essent, proficiscerẽtur, illa obsidione circũuenirent, id potissimũ curantes & prouidentes

et prouidentes, ne nostris tam diu copia fugiendi esset,
donec ipse cum altera medietate aduenerit. Hæc, cum no
stri exploratores animaduertissent, ab eisdem die lunæ
Duci in castris agēti & iamiam ad mensam sedere uolēti,
atq; dicenti domino Zkigneo Sienienski aulico Regio
destinato nuncio, ne impransus ab eo discederet, nuncia/
tum est decem milia hostiū aduentare. Singulari fortitu/
dine animi præditus. Dux ad destinatū nunciū conuersus,
ab eo literis recuperatis et laceratis. Nolo inqt ut discedas.
En item hospites, melius est ut maiore literarum duplicē
uictoriam referentiū sarcina onustus uadas, spem enim
in domino Deo reponimus, quod & hanc hostiū molem
superabimus, teq; maioris, laudabiliorisq; uictoriæ facie/
mus nuncium. His uerbis non solum animū suum con
stantem, fortem, & soli Deo fidentem testatus est, uerū/
etiam postri die in manibus futuram insignem uictoriā
prædixit, atq; eadem opera suorum militum animos ad
maiora discrimina, quæ imminere ex aduentu superiore
hostium numero uidebantur excitauit & confortauit.
Quamobrem confestim relictis omnibus, signa dare mi/
litibus iubet, instructo exercitu castra, antequam hostis in
conspectum ueniret, ex eo loco in alium tutiorem & ca/
stris, & pugnæ ex ipsis ineundæ, aptioreq; monticulum
quendam uno ictu bombarde distantem transfert.
Eo die sub uesperam nunciatum est, quatinus hostes, qui
iam ex opposito minus medio miliari steterunt, proposu/
issent uentura nocte insultum facere, castra flammæ sub/
ijcere & expugnare. Dux præcustoditus suos instruxit,
& eam totam noctem insomnem & inexcubijs cū milite
peregit.

peregit. Porro hostes non oppugnationi castrorū inten
dūt, sed domibus aliquot in rure illo obertina incensis, ut
nr̄um exercitū facilius conspicerēt, incutere maiorē terro/
rem conantur. Aurora uero emicante insultū in orbē ca/
strorū fecerunt, clamoribus magnis æditis, ea intētione ut
possint nr̄is equos abigere. Putabāt eni falsi hostes, quod
eos castris, exclusos pascerent. Vt aūt Dux noster sentiret
hostem pugnā auere, & nostros prouoacdo infestare, si
bi quoq; non esse ociandum. Sole iam lucem suam orbi
restituente, emisit quosdam artis speculatoriæ peritos, qui
si possent diligenter hostium exercitum conspicerent. Isti
mox speculatoribus hostium obuiam facti, unumex eis
cœperunt, atq; Duci adduxerunt. Quæm cum quæsiisset
de multitudine suorum respondit uinginti milia esse. Pala
tinum ipsum ea nocte cum altera exercitus medietate, &
quidem ualidiore aduenisse. Imperator rei ueritate com/
perta, nam non putabat Palatinum cum tantis copijs ad
futurū, consilio inito cū suis Centurionibus, quid facien/
dum esset consuluit, tum nō deerant qui suadebant exer/
citum esse reducendum, neq; in discrimen dum sit tanta
multitudo hostium, esse adducendum. At ille, uerū quidē,
est, si fieri possit, ut simul cum exercitu & tormenta belli/
ca. A Regæ meæ fidei, meæ cōstanciæ credita abduci pos
sint, tucius futurum, exercitū reducere, honestis consilijs,
armataq; manu, pugnādi necessitatē euitare, quā se, suos,
Tormētaq; cū curribus & militum impedimentis dubio
marti subijcere. Sed cū uideret uix tormēta saluari pos/
se, idē periculū ex cessionæ quod ex certamine cōmisso in
stare, dum hostis sūma celeritate omnia cōficiens ingrue

ret. Abſit inquit ut ego pedibus & non manibus fugere,
hoſtium immanitati, meos milites turpiter truciādos,
tormentaq; Regia fœdiſſime prodere debeam. Satius &
honeſtius eſſe puto, uitam diſcrimini exponere, & ſtren/
nue ſi Deus uoluerit effundere, quā cum ingenti etiā reip.
iactura, nedum ignonimioſe fugere. Proinde claſſicū ca/
nere iuſſit, ipſe arma induens, poſtquā lorica, quam cum
enſe & annulo in diſceſſu ab amātiſſimo ſocero Illuſtriſs.
domino Chriſtoforo de, S. Caſtell. Crac. ac Regni Polo/
niæ Cācellario &c. habuit, corpus armis ſuperpoſitis mu/
niuiſſet: femur enſe illo præcinxiſſet, chiroteca ferrea
unam manum operuiſſet, in altera annulū cōſpiciens chi
rotecam reiecit, inquiens, non eſſe honeſtū, annulum ab
optimo ſocero in pignus paterni amoris, & hoſtis perni/
ciem datum, ferro, re ignobiliore tegere, demum ita indu
tus modis oībus, caſtra muniuit, exercitū ordinans cohor
tes peditū pro neceſſitate & caſtrorū munitiōe diſlocauit.
In anteriore ualua mille equitū thurmā collocauit, quib9
præfecit ueteranū militē, & exptiſſimū centurionē Nico/
laum Iskrzczki & alios tres, eiſq; præcepit, ne antequā,
ipſe pugnādum decerneret in hoſtem ruerent. Quod re/
liquū erat equitū, uno agmine inſtructo in medio caſtro/
rum tanquā aſylum exercitus ſtare iuſſit, tormēta quoq;
tantū tredecim erant e regione hoſtiū, qua illos diuinabat
maiore ui oppugnaturos fixit, ſuorū militum aīs prudēti
ſolerti & beneuola oratione cohortatis & confirmatis, ho
ſtē operiebatur. Qui, poſteaquā aliquot horæ ab ortu ſo
lis effluxiſſent, uno ingenti agmine inſtructo appropin/
quare cæpit, & primis ſtrictiſq; illis agminibus ad partē
utranq;

utranq; diſiectis, in unam ampliſsimam aciem redegit.
Dux noſter conſpiciens iam hoſtem eo loci eſſe, quo eum
globi tormentorum noſtrorum aſsequi poſsint, mandat
ut tormenta, quis preærat Staniſlaus Stakovski huius rei
peritiſsimus emitterentur, quibus ab inicio non multum
inimicis nocuere, melius poſthac ictus dirigentes ualde
hoſtes infeſtabant plureſq; occidebant. Tum quidā Ado/
leſcens Moldauus, ceteris omnibus animoſior factus, ca/
ſtra petens pugnæ comitem ſibi ex noſtris adeſſe optabat
uociferans in ducem noſtrum, multis conuicijs eum affici
ens, ignauum Imperatorem uocans. Hunc unus peditū
emiſſa pixide equo deturbauit. Sic penas ſuæ ſtulticiæ &
ſuperſticioſe magnaminitatis luit. Hoſtis quoq; tormētis
quæ trifariam aduerſus noſtrorum ualuam anteriorem
diſlocauerat reuelatis, caſtta obtūdere cœpit. Sed primis
ictibus globis altius, quā illi conueniebat miſsis parum
dāni noſtris dabat, donec ipſe met Palatinus poſt princi/
pia ſub colle ſtans, uidenſq; præfectum tormentorum,
qui præsbiter ritus noſtri erat aliquanto negligentius
rem agere, cucurrit, & ueniens eum increpauit, uitæ pe/
riculum minitans in melius & rectius ictus direxit, nam
ſuſpicabatur eum fraude negligentē eſſe, is monitus acri
us noſtros moleſtare & cedere contendebat. Ducem autē
noſtrū præfecti rogabāt, milites, præſertim equites in ad
uerſariū emitteret, non amplius caſtris contineret inclu/
ſos, dum multi iactibus tormentorum occiduntur, plures
tacti manibus abſciſis in conſpectū eius adducuntur, hos
ipſe ſuis, qui eius corporis cuſtodes & propugnatores e/
rant deputati, claudi in ter ſe iubet, ne cæteri uiſo periculo

animis deijcerentur. Post hos ueniens etiam miles singulari fortitudine & audacia prædit⁹, Nicolaus Chorazycz a Sieniaui cœptam præfectorũ exhortationẽ prosequẽs, supplicat^ne pateretur suos castris clausos tormentis hostium terreri & opprimi: interrogans, quibus rebus fideret, quin certamen iniret. At ille, conspiciens in altũ. Quibus uis confidam, si non in domini Dei clementia & auxilio, quo fretus: firmiter credo nos statim de hostibus uictoriã reportaturos, desine itaq; monere, atq; a proposito & ratione mea me diuellere. Volebat eni prudẽs Dux, ut hostes tedio adefcti uioleti⁹ & maiore ui castra oppugnarent, quo deniq; peditibus, pixidibus pugnãtibus melius uti, & bõbardarũ maiore clade illos afficere posset. Quis tam pij Ducis pium animũ, a sola diuina gratia uires suas, uincendi deniq; facultatẽ sperantem non admiretur, cum haud dissimilis sit Dauidis illius Regis. Israhel, qui cum ei aduersus Goliã pugnaturo multa ad deuincendũ gigantẽ illum, in eo non consentanea exprobrarent, dixit non in hasta, ense, atq; multitudine, sed in domino consistere uictoriam. Quis tam fortem inconcussum & constantem non laudibus extollat. Qui non solum hostium multitudine, tormentorum fulminibus, & periculosissimis ictibus non frangi & deijci. Sed neq; suorum præfectorum, quibus tãtopere fidebat, & illi sibi plus eo sapere uidebãtur, monitionibus, obsecrationibus & urgẽtibus cõsilijs. neq; etiã militũ iactura quãuis modica a conceptis consilijs diuelli potuit. Sed hæc missa faciamus, non eni est nostri propositi, singulas Ducis uirtutes. quas uix uel ipsa Liuiana lacteo fonte manans eloquentia complecteretur, sed

tantum modũ duplicis huius pugnæ, crassiore minerua prosequi. Qua de causa ad rem explicandam redeamus, Cum ita ad aliquot horarum spatiũ castra oppugnarentur, uicissim tormentorum seuicia conficerentur, & nostri strennue in castris se tutarentur. Hostis pertesus, quod cousq; nostros funiculis & flagellis non pelleret, atq; sibi persuadẽs, quod eius ui & ferocitate oppræssi essent, fuga saluti in nemus, quod erat a latere sinistro cõsulturi, cœpit cum parte exercitus inde castra circumire, præsenti malo uolens obiuuare Dux, quod uideret alatere se peti, euestigio ualuam aduersus agmina illa ad latus tendentia, qui possit istac, si necessitas postularet militẽ mittere, erexit, aliquot tormẽtis eã muniens, illa octingẽtos pedites emisit, ij hostibus pericia sagittandi multum dãni faciebant, & terga suis ictibus opponere illos compulerunt, tormentis quoquæ hostes feriebant, at illi non minus nostrum militem illis concutiebant, illum præsertim qui sic erat, in antoriore ualua collocatus, ut prænimia globorũ frequentia in constans esse uideretur. Hunc cum Dux aliquãtulum uacillantem uideret, sua præsentia illum confirmari posse non ignorans ad aciẽ uenit, eumq; monere, confirmare atq; obtestari, ut fortes & immoti essent, neq; hostium multitudine, tormentorum immanitate deterreri se paciantur, nunc esse tempus & necessitatẽ, qua suæ animi fortitudine uitam ab hostium crudelitate uindicare. Regi suo & parare pacem, honorem, & emolumẽtũm parare, hostem magna calamitate & cede affligere ualeant, post paulum temporis, dum ita essent pugnæ auidi, copiam se pugnandi facturum. En inquiens uitam meã in medio uestrum tanquam omnium minimus non

dubito profundere. Sed Dictus Iskrzyczki sentiens ani/
mos militũ iam ea oratione subleuatos, eum orauit, loco
illo tam periculoso cederet, Ducis officia, ac cœpit perfice
ret, se cum aliis, quibus id periculi magis conueniret, eũ
locum custoditurum, & milites in constantia retenturũ.
Eo momento hostis globo destinato, uix uno passu a Du
ce ipso, peditem interemit. Sed cũ iterum Nicolaus Sie/
niauski adueniens, nunciasset, hostes acrius castris insta/
re, & tormentũ omnium maximũ, uiginti quinq; bobus
uehi, eo esse hostes maximũ dãnum & castris & homini
bus daturos. Dux uidens nullã superesse spem de hostiũ
insultibus, suos bombardarum ui affligi, iam pugnandi
necessitatẽ instare, & manibus salutem cum uictoria esse
quærendã. Balicium Cenrurionẽ cũ comitiua sua, Ioannẽ
Suiaczicki & Mlodeczki præ omnibus ex illo agmine
millenario numero constante cum eo & aliquot Centu/
rias amandat. Ille in anteriorem hostium aciẽ & numero
longæ superiorem & uirtutæ bellandi non inferiorẽ ruit,
manus conseruit Hic non modice est decertatum: Sed eã
manũ hostes ter retrocedere ad suos coegerunt, ad trigin
ta nobiliũ occisis. Posteaquã uero uideret nil aliud esse sic
manipulatim militem in hostem multitudine præstantẽ,
quã paleam in ignẽ mittere millenari um illum numerũ
in Dei nomie hosti Nicolao Sinauuski cum ducente op
posuit. Sic pungna utiq; a nostris sustentata, inimici fe/
riebantur, illi repprimebant, nostri instabant. Hic unus
Centurionum Mattheus Wlodek miles & animo &
manu ualidus, ab agminibus cum aliquot Moldauis
separatus, fortiter illis resistens eos ad auxilium pedum

coegit, & in persequendo cursu ueloci in arborẽ ductus
ramo ab equo deiectus, castra pedes repetit, hũc nostri
conspiciens ab Valachis, qui illi truculenta manu immi/
ebant illis repræssis liberarunt, is cum ira concussus co/
lorẽ faciei mutasset, redẽptores illi confessorẽ adduci cla/
mabant, at ille nil doloris sentiẽs, sed magnanimitate illũ
uincens, nõ confessorem inquit, sed equũ mihi cito date,
quo ascenso in hostis cuneum nil cunctatus insiliens, &
uinculũ doloris resoluens, non cõfessore, sed pugna opus
sibi fuisse strenuitate sua probauit, nichilominus tamẽ fi
nito certamine, sensit quã fortiter & in arborẽ, et in hostẽ
impegisset, manus enim uix sensibiles defert. Sed hostis
cupiens, penitus nosttos cum castris euertere, manum
militum ultra sex milia habentem, in posteriorem ca/
strorum partem duxit, illam Strategus uenire cernens,
& magnam confusionẽ timẽs, si ea parte castra expugna
rẽtur, uniuersam equitum cohortem in medio castrorum
stantem, quæ uix ad duo milia se extendebat, inflexa ad
latus acie, per ualuã posteriorẽ excludit, & in illud cornu
mittit, quæ fortiter hostem aggressa, post pugnam ad me
diũ horæ ancipiti euentu stantẽ, in fugã conuertit, hoc ita
profligatum, in fugãq; uersum agmina illã suorũ, in qui/
bus Palatinus ipse continebatur, magna & armorum &
hastarum, quas in nostros iam directas tenebãt inuicem
compræssione confudit, & secum in fugam corripuit, nã
nostri illi a tergo cede & truculentissima manu instabãt
& pedes illorum cogebant. Priora illa agmina, quæ cum
illo millenario numero pugnam gerebãt, dum ferre parr
ti exercitus illi iam profligate suppetias conarentur, acce/

erando latus nostris feriendum, & tormentorum ictibus
concutiendum præbuerunt, tunc manipuli equitum ali/
quot strenuæ officium sum sunt exequnti in latere illo fe/
riendo. Ipsæ autem Nicolaus Seniauuski, cũ aliquot for/
tissimorum militum cohortibus inimicos & illa agmina
quæ tormenta dirigebant, pecijt: Hic si ubi fortissime est
pugnatum, nichilominus summa ui tormenta hosti eri/
puit, id uuncij. Sbigneus Senienski qui unus excustodi/
bus Ducis erat Duci attulit, quem equo bono Turcico do
nauit, nec imerito, cognouit enim magnam partem exer/
tus, & uirium ea tormentorum priuatione hosti decessisse,
pro quibus adducendis statim aliquot peditum cohortes
in subsidium Nicolao extrusit, q̃ e manibus eripientis illis
acceptis ea tenerunt, nostros etiã quæ pauca erant repete
re hostẽ non sine ingenti cedæ, cœperũt & terga dare coe
gerunt. Hic fide fragus ille, federis & iuramenti uiolator,
homo equæ mentis ac stature elate, temere suos animare,
pugnam ab ipsis destitutam, ui & cede illos contra stimu
lum calcitrare cogens redintegrare conatus est. Sed cum
animi simul cum corporibus deijciuntur, uis ui superatur
haud facile est, fortitudinẽ bene semel cõpræssam animo
& corpori reducere, & fugientes pedes qui cedentium a/
trocitate coguntur sistere. Porro cum uideret tormenta
sibi esse erepta, nostros strennue pugnando cedendoq;
uictoria potiri, uexillum depressum, multos suorum ca/
dere, frequentioribus tormentorum ictibus euerti, legio/
nes suas campo cederæ. Pincernam suum se illi authorẽ
fugendi præbuisse, terrore diuinitus immisso, cũ reliquis
post suos in ignominiosã, at nobis utilem & laudabilem

fugam prolapsus, nulla reuertendi alijs ansa relicta fuge
re cœpit, tũ nostri hostes fugientes insequi, ferire, trucida/
re, usq; in paludem quandam, non longe a castris & loco
pugnæ distãtem, ubi illa colluuies fugientium, in unum
sed non instructum agmen, dum quilibet cicius euaden/
di author esse laborabat congesta, potissimum cedi erat
exposita. Siquidem nostri tanquam murum hastis, frame
is, & ensibus percutiebant. Ibi Palatinum ipsum amictũ
ueste uiridi sericea, auro cõtexta, & duobus torquibus au/
reis insignitum, equus palude illa profundius immersus,
est remoratus, eum quidam famulorũ hasta assequutus,
ad declinationem usq; ab equo percussit, galeam capiti de
iecit, uulnus eius temeritatis & perfidie monumentum
inflixit, quo monitus, perpetuo recordaretur, quod Regẽ
iniuste lacessere sit ausus, & præstiti iuramenti fuerit uio/
lator. Sed Diuina clementia sic uolente manus nostratiũ
euasit, unus enim principũ consiliariorum eius illi, est o/
pitulatus, famulum, hasta amota repræssit, galeam hasta
surripuit, equo, paludinoso ceno educto celeriori fugæ ad
aptauit, quo adeo cesi, cadebant quod nostri ad persequẽ
dum illos facilius per cadauera illorum transibant. Ipse
Dux cum castris pedestrem militem in sua ordinatione
retinens satis prompto gradu subsequebatur, quo facili/
us si fugientes rursus in ordinem (ut fieri solet) redacti
pugnam recapesserent, equites fouere & iuuare possit.
Palatinus enim fugiens, conabatur quidem suorum cur/
sum sistere. Sed cum uideret Ducem cum castris adesse,
& suos thurmatim fugientes tanto magis cedi patere, ad
fugam salutis suæ tutissimam rationem rediens eos mo/
nuit ut hincinde dispalantes saluti suæ eius exemplo con

ſulerent. Sed id conſilij illis magis obfuit quam profuit,
multi enim a noſtris etiam agricolis ſic diſperſi iugulabã
tur. Imperator itaqꝫ pius tum nil periculi timens quoniã
hoſtis iã penitus profligatus,& ad confinia.quæ uno atqꝫ
altero miliari diſtabant fugatus eſſet,nam ſuperiore certa
mine uetuerat inimicos ultra limites nõ eſſe inſectandos
& cedẽdos,cuius rei rationem ſuperius enarrauimus,mi/
litem ab inſequutione reuocatum, in caſtra collegit. His
in conſpectu omnium,equo deſiliens,humi pronus pro/
ſtratus lachrimis effuſis, Deum omnipotẽtẽ adorauit,
illi gratias agens,non Regis ſui fælicitati,non ſuæ,neque
ſuorum fortitudini tribuens,ſed eius ſolius clementiæ &
adiutorio acceptum referens, quod eo diæ cum militibus
ſuæ induſtriæ regimini & fidei,ab Rege & republica cre/
ditis,a truculẽta hoſtiũ manu ſit uindicatus,quod iuſtus
iudex eſſe,uictoria inſignem,laudabilẽ,& utiliſſimam tri
buere ſit dignatus:milites etiã uniuerſi,genibus flexis,la/
c rymis & uoce graritudinẽ in Deum uictorẽ teſtantes.
Hymnũ Te Deum laudamus,cantarunt. Ab huiuſmodi
laudabili pietate,Dux ad liberalitatis officia,ut oĩbus ita
ſumme Imperatori neceſſaria conuerſus, militũ ſuorum
conſtantiã,beneuola oratiõe collaudauit,& ſingulos mu/
neribus proſequi cupiens;ut gratitudinẽ animi ſui in illos
teſtaretur. Præfectis, decem aliquot Thurcicos equos,
militibus uero,nempe peditibus, qui tormenta erepta,
ſumma uigilantia tenebant, ad ſexcentos aureos linteolo
adportatos diſtribuit. In hoc prælio plusq̃ tria milia ho/
ſtiũ ſtante pugna,occiſa,multi ab inſequẽtibus interẽpti,
capti nõnulli inſigniores,et præ cæteris,unus Logoffeto/
nũ,qui olĩ tẽpore Stepha. tyrãni ſuperior illoꝝ erar,quẽ

magiſtratum illi Cancellariũ terræ uocant,Pincerna, Pa
latini,& multi alij nobiliores ex aula illius detenti.Pincer
na uero,ſub ammiſſiõe capitis affirmat Waiuodam uul/
nus accepiſſe,multi principũ conſiliariorum eius interfe/
cti,in loco pugnæ a ſuis detentis cogniti.Siquidẽ ex omni
bus terris ſuis homines nobiliores,milites præſtantiores
in hunc exercitum coegerat. Marſchalcum ſupremũ,quẽ
illi eorum uocabulo Dvuornik appellitant, is quando
cum hominibus illis quibus præeſt, Palatinum ſequitur,
flos & tota uis Moldauiæ adeſſe putatur. Tormenta om/
nia,quæ in perniciẽ noſtrorũ eduxerat,ænea magna glo/
bos in magnitudine capitis cõpræhendentia uigintiqnqꝫ,
minora uero tantũdẽ ſcilicet oĩm qnq̃ginta numero adẽ/
pta. Vexillum maius totius terræ Moldauiæ,caput Bu/
bali & nter cornua ſtellã pro inſignibus deferens, alterũ
diſtrictus Soczauieñ, & minora aliquot erepta.maius il/
lud per.N. Calimouski nobilem ex terris Ruſſiæ Duci
allatum:Timpanorũ tria genera,unũ Thurcicorum, qui/
bus cum W iuodam ipſum præcedere ſolent, ablata,no/
ſtri hoſtium ornamentis nempe equis eius gereris opti/
mis.ueſtibus auro contextis,frameis auro & argento ex/
ornatis,ſunt ditati multi currus: cũ rebus & eorum ſup/
pellectili recepti,inter quos unus fnnibus onuſtus, qui/
bus animo propoſuerat,noſtros cõpræhenſor uincire, &
Soczauiã abducere apparuit.hic diceret quis, id non eſſe
ueriſimile,atqui eo animo adductũ detẽti fatẽtur & affir/
mant:Inde quilibet facile noſt.rorũ paucitatẽ,hoſtis uero
multitudinẽ,& ambitioſam pernicioſamqꝫ ſui cõfideneiã
emetiri poteſt. Tormentum maximũ cuius concauitas ho
minis paululũ incuruati capax eſt, qđ nt ſupra memini

uigintiquinq; bobus ducebatur, nobis ab hoste derelictũ, Illud Imperator loco certaminis defodere in terram ali/quot cadauera nostrorum occisorũ, nempe Victorini Cosminski & aliorum, tanquã eius custodes superponi terra opperire, & multis funeribus hostiũ, in cumulum coactis tegere, iussit, nam rotæ & alia præparamenta illius, erant nostrorum tormẽtorum ictibus confracta, reliqua hosti erepta cum castris abducta, nostrorũ militũ plus ducenti non desyderantur, præcipui uero hĳ sunt David Sieniensk, Victorinus Cosminski, Herborth, Lukouski, ado/lescentes strennue indolis, multi præterea nobiles, & reli/qui famuli interempti. Ea die sic in sudoribus & periculis demũ post euitata discrimia magna omniũ (ut fieri solet) lætitia & consolatione peracta, sequẽti quæ fuit profesto diui Bartholomei Dux castra ex eo loco mouens fluuiũ Dinestr cũ omnibus copĳs traiecit, quo liberius cũ exercitu omniũ rerum necessariarꝝ cõmoditate frui, militi post tot exanclatos labores, debitam & suauem requiem dare, sau cĳs necessariã administrationẽ, & uulnerũ curationẽ adhibere possit. Nihilominus tamẽ ut omnibuss numeris cau/ti & uigilantis Ducis munia adimpleret, speculatorũ ter/centũ in ulteriorẽ ripam & prouinciã illam eo die expediuit, peditibus quibusdã additis, qui bombardã illam ma/gnã terra cõtentam, quot & factũ est adducerẽt. Posteaq̃ uero omni ex parte uerbis illis qbus prædixerat Sbigneo Sienienski se eũ insignioris uictoriæ facturũ nunciũ Dei adiutorio satiffecisset, dictum Sieninski aulicum Regium cuius uirtus quoq; cõmendatur, cũ literis ad Regiã celsitudinẽ, expediuit, unũ captiuũ Petrũ verĳsan Moldauicorũ Theloneorũ præfectũ, qui omniũ testimoniũ perhiberet

transmisit, nuncioq; cõmisit, ut opa & ordinatiõe Illust. Dñi Christofori a S: Cast. & Cap. Craco. patris sui colen/dissimi. Sereniss. Principibus hoc ingẽs gaudiũ manifestaret. Is die Martis post Bartholomei summo mane Cra/couiã ueniens relationẽ Ioannis Suiaciczki super hac re ad noctẽ præcedenti die nudis uerbis factã literis Ducis cõfirmauit. Regem cũ filio Rege, Reginã, reliquosq; libe/ros suarũ Maiest. inclitũ senatum, totã deniq; aulã ingẽti lætitia perfudit, urbem cũ incolis magno gaudio affecit, omniũ animos ad pietatis officia, quibus creatori & dire/ctori oĩm a quo procedit omnis uictoria, laudẽ dicerent et grãs agerent excitauit. Hic pius & uere Christianus Rex uidens non felicitate sua, non tantũ fortitudine militũ su/orũ conquisitam, sed diuina clementia cõcessam uictoriã, ut illi acceptũ referret grãsq; ageret, Vicarĳs in æde diui Stanislai Cathedrali Cracouien, sacra ad honorẽ sanctæ & indiuiduæ Trinitatis decãtari fecit, quibus Rex ipse, cũ altero Rege Regina, & sobole Illust. & multi senato/res, quilibet pro sua deuotione diuinæ Maiestati grãs agẽs interfuere. Ea finita Canticũ illud diuorum Ambrosĳ & Augustini Te Deũ laudamus est decantatũ. Pietatis offi/cĳs mane ita pactis, sub uesperã animũ ad triumphos fa/ciendos cõuerterunt, ignes in signũ lætitiæ cremati, bombardarum strepitu tota ciuitas personabat, & alia multa, quibus hominũ læta mens testari solet, peracta. Sequentibus duobus diebus missæ, una in honorẽ Deiparæ uirgi/nis, altera Diui Stanislai patroni, cũ cantico eodẽ sunt de/cantate, Triumphi nõ minore pompa editi. Nuncĳ uero huius ita iocunde nouitatis, tam ab Principibus, quã senatoribus magno honore habiti, & cõdignis muneribꝰ affe

cti, miltari honore, idest iure aureorũ calcarium, quo Re/
ges militum strennua facta collaudare & posteris com/
mendare solent, per Regem insigniti, in castra ad Du/
cem redierunt.

Hanc ita Diuinitus elargitam duplicẽ uictoriam placuit
studiosi lectores oculis uestris subĳcere, & in notitiã de/
ducere, incompto quidẽ stilo, & ad cõplectẽdum tam in/
gens Dei munus minime apto, sed fide integerrima, nõ
quod mihi persuaserim, me primũ id gaudĳ uestris obla/
turũ auribus, fama enĩ, quo nuncio nil uelocius iamdudũ
ad uos perlatum non ignoro, sed tantũ, ut quod illa uario
rumore, nuncio item omniũ incertissimo uobis attulit.
Ego rei cognitione, & explanatiõe aliquanto abundiore,
& illius adhuc fortassis alicui dubiam exhibitionem con/
firmem, & uobis satisfaciendo eiusdem lætitiæ, uos parti/
cipes efficiam, quo una nobiscũ Sarmaticæ gentis popu/
lo Deo uictori & saluatori nostro gratias sitis acturi. Nõ
enim est nostræ opis pro tantis & tam lætis beneficĳs,
ut Deo opt. max. debitas laudes & gratias rependamus,
qui tam exiguis copĳs, tanq̃ suæ potẽtiæ ministris & exe/
quutoribus adeo ualidũ, & non ita semper in nos poten/
tem, ac nunc multitudine præcellentem hostem undequa
quæ attriuit, memoria namq; auditum non est, uix quo/
q; annales testãtur, ut ille, qui cum multis Thurcarum &
Scitharum Imperatoribus in rebus bellicis exercitis, regi
bus deniq; opulentissimis non raro fælicem martis aleã
sit expertus, ita numero paruis nostrorũ Manipulis, fue/
rit magnis & multis machinis, uex illo maiore cum alĳs
multis, timpanis, manubĳs & predis, suorũ militum po/
tioribus in magna copia ammissis exutus, & nisi sibipsi

auxilie pedum consuluisset, actũ de eo iã tum saucio fuis/
set. Quo tam euidẽti dei munere cœlitus dato non ad ho/
nestum, & magis strennum uitæ institutum solum excita
mur. Sed etiam ad pietatem & germanam Christiani no/
minis relligionem, nimirum uitæ nouitatẽ (quæ nostraq;
Christo nomĩa dedimus maxĩa debet esse cura) ceu cla si/
co quodam resuscitamur & inuitamur. Si itaq; tantorum
beneficiorum grati, operibus ac animo fuerimus, & si/
gnis Ducis nostri Iesu Christi excitati uere milites eius nõ
solum aduersus uisibilem uerumetiam inuisibilem hostẽ
scilicet sathanam cum uiciorum legionibns semper immo
ti pugnauerimus, indubie nos, tam clemens & misericors
omnium Imperator, in immensum maiore consolatione
ut propugnator noster dignabitur, nosq; hostilibus unde
q̃q; faucibus septos & obnoxios, cõtrita eorũ uirtute tuebi
tur & defendet, ita tamen posthac quod nostre partis erit
omnibus pro necessitate & magnitudinæ apparatus ho/
stium prouisos, ne superiore fælicitate & multis alĳs suc/
cessibus in sui confidentiam crimen omnium nocentissi/
mum prolapsi, magis deum temptare, quam illi fidere ui/
deamur, non semper enim cõtra audaces est audatia tuta
neq; etiã nisi seipsos in ea iuuãtes Diuina potẽtia iuuare
solet Quare optimi lectores urũm erit hanc opellã nrãm
agresti & inculta minerua exaratã, boni consulere, & ma/
iorẽ uoluptatẽ ex re fæliciter gesta & uictoria tam insigni
quã orationis indagatione uenari. Si tamẽ curiosi effecti
stilũ scribentis quoq; ruminare uolueritis ac benigni cen/
sores, quod a nobis alioqui occupatissimis oberratũ ẽ urã
eruditiõe supplere. Dominus nr̃ Iesus Christus imparciat
nobis & uobis spũm suũ sãctũ ut in uĳs eiusa mbulantes,
eũ quoq; tẽpore landemꝰ qui ẽ benedictꝰ in secu. secu.

AD ILLVSVTREM DOMINVM IOANNē
Comitem Tarnouieñ, Palatinũ terrarum Ruſſiæ.
Capitaneũ Sandomirien, & exercituũ Re-
gni Poloniæ Ducem præſtantiſſi-
mum, in eius inſignia. M.
Benedicti Coſminen.

Quiſquis erat primus meruit qui ſtemmate tanto
Cenſeri, toto clarus in orbe fuit.
Nominis ille ſui fama penetrauit ad aſtra,
Vnde ſuo generi nobile ſtemma fuit.
Id tu præcipue factis ingentibus ornas
Inclyte præclaris Dux memorande bonis.
Qui modo magnificum referens ex hoſte ttiumphum,
Auxiſti patriæ clara decora tuæ.
Sis fœlix, cœptiſq; tuis ingentibus adſit,
Qui regit imperijs ſingula quæq; ſuis.



